82

Joannes Dantiscus episcopus Culmensis,

Venerabilis domine frater et amice charissime. Salutem et omnem felicitatem. Præmitto tandem hic cum iis meis subditis quatuor arcas reculaium mearum plenas, et tres ut vocant tonnas cum potu, quo libens utor, vasculumque continens mediam tonnas, plenum vino musto, quæ dominatio vestra suis locis curabit disponi, subsecuturus Deo bene prosperante brevi, constituarque Heilsbergi decima octava huius, quo me ex Allenstein recta conferam. Bene et sane dominatio vestra valeat. Lubaviæ die duodecima Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo.